Die 20 Julii 1594 exhibit. — Ser. barb. rep.

Statuto della Terra di Citerna 1594

n130

1r

Hec est Copia sive exemplum statuti de precepto guarantigie quod est Capitulum
27. primi voluminis statutorum Mag.ce Communitatis Terre Citerne ad car-
tas sex; quod prout jacet nihil addens vel minuens de verbo ad ver-
bum Ego Notarius Infrascriptus et Canc.s dicte Communitatis copiavi etc.
Zenonis Infrascripti V3.

De precepto guarantigie c. 27.

Ordinamus et statuimus quod Notarius de Terra Citerne et eius comitatus qui
rogaverit aliqua Instrumenta in d.a Terra vel eius comitatu teneantur
et debeant ponere in ipsis Instrumentis preceptum guarantigie debitoribus aliquid
promittentibus quod ter.o et terminis in eis contentis observent ea que in ipsis
Instrumentis continentur sub quacumque conceptione verborum, et dicta precepta habeant vim
sententie et confessionis, et Vic.s qui in hoc habebit iurisdictionem pro communi
teneatur, et debeat facere observare omnia et singula que in ipsis instrumentis
guarantigiatis continentur ad petitionem Creditoris vel suorum heredum vel iura
sua habentium contra principales debitores vel eorum heredes et successores, et
etiam fideiussores per captionem personalem, et realem prout creditori vel he-
redi iura ab eo, vel suis heredibus placuerit ultra decem dies continuos
postquam petitum fuerit executioni mandare, et debeat fieri citatio hoc
modo ad petitionem creditoris Citetur debitor vel eius heredes ex parte
dicti Vicarii, quatenus infra decem dies continuos compareat ad opponendum
et probandum exceptiones solutionis et satisfactionis, nullitatis vel falsi-
tatis, quod exceptiones tantum debeant et possint opponi contra tale instrumentum
guarantigie, et debeat et possit probari per confessionem partis pro rogitus
cancellatum, vel instrumentum quietationis vel finitionis vel pactum de non
petendo in perpetuum vel ad tempus, vel saltem per duos testes idoneos contestes;
quod preceptum guarantigie non possit opponi nec probari alia aliqua exceptio
quibus decem diebus elapsis si non fuerint opposite et probate dicte exceptio-
nes vel aliqua earum ad petitionem creditorum vel eorum heredum, vel ha-
bentium ius ab eis. Vicarius habens ius iudicandi pro dicto Communi

De Creditis

sive alia aliqua citatione denuo fienda de reo teneatur et debeat de facto tale preceptum guarantigie executioni mandare in sorte et expensis, et in omnibus et singulis premissis realiter et personaliter contra debitorem vel eius heredes vel successores et facta executione personali possit redire ad realem et e contra usque ad integram satisfactionem, et detineatur debitor in carceribus comunis quousque fuerit satisfactum de sorte et expensis ad voluntatem creditoris, et pro executione fienda Vic. teneatur et debeat ad petitionem creditoris et eius heredis vel heredum iura ab eo dare officialem et baiulos pena librarum XXV. denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice: Et debeant habere dicti pro eorum salario et mercede solidos octo pro officiali et solidos duos pro baiulo, et pro quolibet capto, et si non ceperint, et in carcerem non duxerint nihil habere debeant. Item dicimus quod nullus possit appellari a pronumptiatione vel executione guarantigie ne ab aliquo processu guarantigiato, et siqui appellaverint non audiatur appellans et condemnetur in libris decem denariorum pro quolibet et qualibet vice: Item quod Vicarius non possit nec debeat aliquod consilium sapientis vel colloquium super aliquo precepto guarantigiato vel aliquo processu guarantigiato pena librarum XXV. pro quolibet et qualibet vice: Et debitor qui fuerit captus et detentus non possit facere aliquem contractum cum creditore vel cum aliquo pro eo quousque fuerit detentus sine presentia domini Vicarii, et presentia et consensu duorum idoneorum consanguineorum dicti debitoris detenti et si factus fuerit presumatur metu, dolo, vel fraude factus et non valeat nec teneat ipso iure: Item quod Vic. non possit cassare, vel irritare aliquod preceptum guarantigie nisi fuerint requisite et probate dicte exceptiones vel aliqua earum, et si cassaverit irritaverit talis cassatio vel irritatio non valeat et nihilominus tale preceptum guarantigie debeat executioni mandare non obstante cassatione vel irritatione aliqua: Item quod Vic. in predictis debeat in pronumptiatione recipere Iuramentum ab eo qui petierit executionem instrumenti guarantigie: quod est verus creditor in quantitate petita, et quod sibi non est satisfactum in totum vel in parte, statuentes quod hoc capitulum guarantigie in omnibus et singulis suis partibus habeat locum in omnibus Instrumentis, et preceptis guarantigie factis et celebratis

in Terra Citerne et eius comitatu tam inter terrigenas, et de comitatu quam
etiā inter forenses, et omnes alias personas cuiuscumque conditionis et status existant
et scriptis per quemcumque Notarium Citernensem vel forensem: In Instrumentis
vero et preceptis guarantigie factis extra dictam Terram Citerne et comitatum scriptis
per quemcumque Notarios serventur hoc modo v3. q exequantur contra homines dicte
terre pro forensibus et si in terra vel loco, unde est forensis guarantigia vel equi-
pollentia verba illius loci servaretur contra ipsos forenses pro terrigenis nostris
et non alio modo; pro terrigenis vero contra forenses servetur hoc capitulum
in omni parte sui in quocumque loco fuerit celebratus contractus guarantigie,
et per quemcumque Notarium: In instrumētis vero guarantigiatis factis inter forenses
extra dictam terram, et eius comitatum non habeat locum hoc capitulum sed
solum servetur Ius coē, et contenta in supradicto capitulo serventur in in-
strumētis guarantigiatis, que de se liquida apparent in aliis de se ipsis non liqui-
dis aparentibus procedatur modo et forma in hoc capitulo contentis dum tamē
executio non fiat nisi primo liquidentur et probentur salvo q si aliquis tam
quam heres patris, matris, avi, vel avie, fratris, vel sororis, filii, vel filie pete-
ret aliquod instrumentū guarantigie executioni mandare, et reus fuerit con-
tumax Vic. absque aliqua alia liquidatione notis vel successoris debeat pronū-
tiare executionem fiendam; et si dictus petens executionem repertus
fuerit in mendatio condemnetur in libris XXV. et talis pronumptiatio non
valeat ipso Iure: Item dicimus q scripturis privatis manu cuiuscumque persone
scriptis et factis in qua vel quibus continetur ille, qui scripsit aliquid promisisse ali-
cui dare vel facere cū causa et cū nominibus duorū testium ad minus in ea
scriptorū, in qua reperiantur Anni Dñi, mensis et dies scripte facte et apodis-
scriptionis, detur et dari debeat plena fides ac si talis scriptura esset publicum instrum
manu publici et fide digni Notarii; q dicta scriptura privata mandetur ex-
cutioni realr et personalr ac si esset publicū instrum guarantigiatū, et h
locum habeat in personis que possint de iure, et secundum formam statuti
scriptione se obligare, et non in aliis. ——————

Ego Balthassar Egidius notarius et cancellarius supt. manu propria scripsi

die ej Aprilis 1594 exhib.

Rest. bast. ... 1

Statuti della Terra di Citerna 1594

~~N° 44~~

n131

In Dei nomine Amen Hec est quedam Copia sive exemplum cuiusdam statuti scripti in libro statutorum Mag.ce Communitatis Terre Citerne de carta pecudina in folio integro cum cohopertis lignaminis: copiatum et fideliter exemplatum nihil addens vel minuens per me Balthassarem Egidium infrascriptum ex supradicto libro statutorum dicte Mag.ce Communitatis Terre Citerne in quo inter multa alia statuta apparet infrascriptum statutum non cancellatum, nec in aliqua eius parte suspectum ad cartas sex. Qui quidem liber statutorum adhuc conservatur in Archivio dicte Terre sub mea custodia una cum alijs libris dicte Communitatis et notarum quondam mortuorum scriptoris, et inventium rogitis. Quod quidem statutum reperitur scriptum denovis infratti

VJ — De Precepto Guarentigie cap. 27.

Ordinamus et statuimus quod Nd. de Terra Cit. et eius Comitatus, qui rogaverit aliqua instrumenta in d.a Terra vel eius Comitatu teneantur et debeant ponere in ipsis Instrumentis preceptum guarantigie debitoribus vel aliquid promittentibus quod tere. et terminis in eis contentis observent ea, que in ipsis instrumentis continentur sub quacunque conceptione contenta, et dictum preceptum habeat vim sententie et confessionis, et Vic. qui in hoc habebit iurisd.ne pro communi teneatur et debeat facere observare omnia et singula ~~que in ipsis~~ instrumentis guarentigiatis continentur ad petitionem creditoris vel suorum heredum vel unum manabentium contra principales debitores vel eorum heredes et successores et et fideiussores per cautionem personalem et realem dicti creditori vel habenti ius ab eo vel suis heredibus steterit ultra .x. dies continuos postquam petitum fuerit executionem mandare, et debeat citatio hoc modo ad petitionem creditoris dicti debitori vel eius heredes ex parte d. Vicarij quatenus infra .x. dies continuos compareant ad opponendum et probandum exceptiones solutionis et satisfactionis nullitatis vel falsitatis quod exceptiones tales debeant et possint opponi contra tale instrumentum guarentigie et debeant et possint probari per confessionem partis per scripturam cancellatam vel instrumentum per ... de nostro petendo in receptum vel instrumentum getationis vel finitionis vel per ... adtempus vel saltem per duos idoneos testes: contra quod preceptum guarentigie non possit opponi nec probari alia aliqua exceptio: quibus .x. diebus elapsis si non fuerint opposite et probate dicte exceptiones vel aliqua earum ad petitionem creditoris vel eius heredum vel habentium ius ab eis Vic. habens iurisd.ne pro d. communi sine alia aliqua cit.e de novo fienda de reo teneatur et debeat de facto tale preceptum guarentigie executioni mandare in sorte et expensis et in omnibus et singulis promissis realiter et personaliter contra debitorem vel eius heredes vel successores et facta executione personali possit redire ad realem; et e contra usque ad integram satisfactionem et [illegible]

Statuti [illegible]

debeat debitor in carcere tamdiu donec fuerit satisfactum de sorte et expensis ad voluntatem creditoris, et pro executione fienda Vic. teneatur et debeat ad petitionem creditoris et eius heredis vel heredum unum ex eis dare offitialem et baillos pena librarum xxv. denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice: Et debeat habere dictus pro eius salario et mercede solidos octo pro offitiali et solidos duos pro baillo et pro quolibet capto et si non ceperit, et in carcere non ducerent nihil habere debeant: Item dicimus quod nullus possit appellari a pronuntiatione vel executione quarentigie nec ab aliquo processu quarentigiato; et si quis appellaverit non audiatur appellans, et condemnetur in libris decem denariorum pro quolibet et qualibet vice: Item quod Vic. non possit nec debeat aliquod consilium sapientis vel collegium [illegible] super aliquo precepto quarentigiato vel aliquo processu quarentigiato pena librarum xxv. pro quolibet et qualibet vice: Et debitor qui fuerit captus et detentus non possit facere aliquem contractum cum creditore, vel cum aliquo pro eo donec fuerit detentus sine presentia d. Vic. et presentia et consensu duorum idoneorum consanguineorum dicti debitoris detenti et si factus fuerit presumatur metu dolo vel fraude factus et non valeat nec teneat ipso iure: Item quod Vic. non possit cassare, vel irritare aliquod preceptum quarentigie nisi fuerint opposite et probate dicte exceptiones vel aliqua earum: et si cassaverit irritaverit talis cassatio vel irritatio non valeat et nihilominus tale preceptum quarentigie debeat executioni mandari non obstante cassatione vel irritatione aliqua. Item quod Vic. in principio debeat a pronuntiatione recipere iuramentum ab eo qui petierit executionem instrumenti quarentigie, quod est verus creditor in quantitate petita, et quod sibi non est satisfactum in toto vel in parte statuentes quod hoc capitulum quarentigie in debitis et in suis partibus habeat locum in omnibus instrumentis et preceptis quarentigie factis et celebratis in terra Citerne et eius comitatu tam inter terrigenas et de comitatu quam et inter forenses, et omnes alias personas cuiuscumque conditionis et status existant et scriptis per quemcumque notarium Citernensem vel forensem: In instrumentis vero et preceptis quarentigie factis extra dictam terram Citerne et comitatum scriptis per quemcumque notarios servetur hoc modo videlicet quod exequatur contra homines dicte terre pro forensibus, et si in terra vel loco unde est forensis quarentigia vel equipollentia nostra illius loci servaretur contra ipsos forenses pro terrigenis nostris et non alio modo pro terrigenis vero contra forenses servetur hoc capitulum in omni parte sui in quocumque loco fuerit celebratus contractus quarentigie et per quemcumque notarium. In instrumentis vero quarentigiatis factis inter forenses extra dictam terram, et eius comitatum non habeat locum hoc capitulum sed solum servetur ius commune. et contenta in supradicto capitulo serventur in instrumentis quarentigiatis, que de se liquida apparent, in aliis de se ipsis non liquidis apparentibus procedatur modo et forma in hoc capitulo contentis; dummodo tamen executio non fiat nisi postquam liquidentur et probentur salvo quod si aliquis tamquam heres patris matris

aui, vel auie, fratris vel sororis, filij vel filie peteret aliquid instrum(entum) guarentigie exe-
cutioni mandare, et reus fuerit contumax, vel ab eo aliqua alia liquidatione moti
vel successoris debeat promulgare executionem fiendam, et si dictus petens exe-
cutione repertus fuerit in mendacio condemnetur in libris xxv. et talis guarentigiatio
non valeat ipso iure: Item dicimus q(uod) scripturis privatis manu cuiuscumque generis
scriptis et subs(criptis) in qua vel quibus continetur ille, qui scripsit aliquid promisisse alicui
dare, vel facere cum causa, et cum nominibus duorum testium adminus in ea
scriptis, in qua reperiantur anni D(omi)ni mensis et dies scripte et apodisse debent
et dari debeat plena fides ac si talis scriptura esset publicum instrumentum manu
publici et fide digni Notarij: q(uod) dicta scriptura possit mandari executioni
recte et pariter, ac si esset publicum instrum(entum) guarentigiatum, et hoc locum habeat
in personis que possint de iure et secundum formam statuti legiptime se obligare
et non in alijs.



Et ego Balthasar Egidius Citernensis Civitatis Castelli Dioc. publ. Imperiali auct(oritat)e Not(arius)
indeq(ue) ordinarius, et ad pres(ens) dicte Terre Citerne Archivista et Cancellarius suprascriptum
statutum de Precepto guarentigie ex libro statutorum eiusdem Terre Citerne prout iacet
de verbo ad verbum nihil addens vel minuens quod sensum variet fideliter exemplavi
et in fidem signum Notariatus dicte Terre ac mei Notariatus signum et nomen meum
solitum et consuetum in similibus apposui rogatus et requisitus &

Priores Populi et Com(mun)is Terre Citerne

Fidem indubiam facimus et verbo veritatis attestamur
suprad(ic)tum S.r Baldasarrem compatriotam n(ost)r(u)m fuisse et esse publicum
statuti n(ost)ri copiam et exemplum fuisse et esse, ordinarium
[illegible] terre n(ost)re sententiarum suis fuisse et esse adhibitum
plenam et amplam fidem in iudicio et extra, prout modo
adhibetur in quorum fidem [illegible] hac die 9 [illegible] 1597

Marcus [illegible] Cons. [illegible]

2v

die vij 9bris [illegible]   n132   1r

Hec est copia cuiusdā Capit.ᵢ Statutor̄ terre Esterne, ex[tra]cta p[er] me
Not.ᵘᵐ pub.ᶜᵘᵐ infrascriptum exemplatū, et copiatū ex d[ict]is statutis ad requi-
sitionē mag[ist]ri Hieronimi de Fancellis de d[ic]ta terra. hac die
xij mensis 9bris 1602 tenoris prout infra v[idelicet]

Qualiter procedatur contra contumaces C.ᵒ 5.

Item Statuimus, et ordinamus, q[uo]d si Reus non venerit in ter[mi]no requisitionis
procedatur p[er] Vicariū ad petitionē actoris contra reū, ut reos tamq[uam]
contra contumaces ad pronunciationē, et tenute dationē i[n] bonis talis
rei citati contra reum, et mensurā d[e]biti declarati p[er] instrum[en]tum, vel
scripturā, et sacramentū factū, et d[e] novo reficien[t] coram d[ict]o Vic[ari]o
primo i[n] mobilibus, et se moventibus, secundo i[n] immobilibus, tertio i[n]
nominib[us], q[ue]relis, et actionib[us], et si fuerit i[n] re mobili, et se moventi
teneatur creditor p[er] x dies, sed si fuerit i[n] re immobili p[er] xx dies cur-
rentes à die pronunciationis p[er] baiulū facte, qui eam fecerit bannō,
et tunc in persona, et domui cassalino, et vicinanzie, in qua
conveneri[n]t habitare, et ipsam tenutā dat, et dedit mandato talis
Vicarij contra eum pro tali d[e]bito cū pronunciationis facte contra
eū ad petitionē talis [illegible], iuxta quem terminū x dies, et xx seu
post quandocumq[ue] ante adiudicationē, et venditionē faciendam dicte
tenute, liceat reo tenutam recuperare, si respondere voluerit, et prestijs
actori, et legittimā cautionem, et idoneū fideiussorē p[re]stare de
iud[ici]o sisti, et iudicatū solvendo, et hoc acto, Vic.ᵘˢ faciat Reo
tenutam suā restitui, et hoc totū habeat in d[e]bitis p[er] instrum[en]tum
declarati, et testes, et sacramentum, et si Reus, contra quem
data fuerit tenuta, non venerit refectarius expensas cum

satisdatione

1v

satisdatione prestita, ab eodem detenta fuerit ipsa tenuta per decem
dies vel circiter, teneatur Camerarius ad petitionem actoris facere eam
banniri per Subbastatorem Comunis ad sonum tube per loca consueta in palatio sive
in platea tantis, terminus vero cuiuslibet bannitionis sit trium dierum
et dicat ipse Subastator, quod si quis velit emere eam tenutam, vel aliquid oppo-
nere, vel dicere contra, quare non vendatur, vel admittatur, vel in soluti-
detur creditori. Veniat idem ad tertium diem opponere et contradicere
alioquin plus offerenti dabitur, vel in soluti daretur, vel adiudicetur
pro suo debito, et expensis, quod si nullus venerit oppositurus aliquid con-
tra eam, teneatur Vicarius eam extimari facere per duos proximio-
res vicinos dicte rei immobilis, si commode habere potuerit, et si commo-
de habere non potuerit frequentes convicinos proximiores convicinis,
facta pronunciatione per Vicarium, si proximiores habere non potuerint
dare tenutam dicto creditori, si tenuta fuerit a x libris, et a x libris
vero infra per quatuor extimatores proximiores dicte rei debeat ex-
timari; si vero fuerit tenuta rei mobilis, vel se moventis, extime-
tur per duos convicinos eius, contra quem data fuerit tenuta, et hoc
acto, teneatur Vicarius, si non fuerit in ea aliquid promissum eam
iudicare et in solutum dare creditori pro suo credito, et expensis de-
tracta tertia parte extimi secundum quod fuerit extimata. Si vero
fuerit in ea aliquid promissum procedatur nihil ad extimationem
faciendam dictam, et secundum dictam extimationem detracta tertia
parte extimi vendatur eidem promissori pro exemptione, seu
banniti comunis ad auctore, et decreto Vicarij interponendo, et si nihil
fuerit in ea promissum, vel promissor noluerit eam recipere, compellatur
creditor per Vicarium ad recipiendum dictam tenutam pro suo debito
et expensis secundum modum superius dictum; Item sit licitum debitorj

quandocumque

2r

quandocumque voluerit in duos annos computandos a die iudicatio nis
aliuendationis facte recipere dictam tenutam de re immobili
et mobili vero, ut se monente, infra duos menses computandos
ut supra; fructibus vero perceptis ex ea post adiudicatam non com=
putan: post duos menses vero, vel duos annos in casu prefato
nullatenus audiatur, et habeat locum ad presentia, preterita, pre=
cedentia, et futura;

Citum ad contentum. In precedenti quinto capitulo dominij reformatores decreve=
runt, quod illud, quod dicitur in dicto capitulo vz. licere Reo tenutam recuperare
et expensas refirere, et fideiussorem dare de iudicio sisti, et ita litigare, pro=
cedat quando in contumaciam Rei tenuta concessa fuit, aliter non plene
probato leggittime creditorem, quod vera petita sint per eum; In casu
autem, quo actor non obstante Rej contumacia intellexit ad ulteriora
procedi, et litem contestari, et sibi terminum assignari ad probandum,
et probavit, et sententiam deffinitivam obtinuerit. citato semper Reo ad quem=
liber actum, tunc quia Rej absentia Iudicis, et dei presentia repleta
censetur. Non licebit Reo ita contumaci, et condemnato post lapsum x.
dierum datorum ad appellandum ordinario iure fideiubere, et expensas
refirere gratia litigandi, sed poterit bene tenutam recuperare
satisfacto creditore integraliter. Declarantes quod expense, quae
debent refici a contumace, in dicto Capitulo, intelligantur de expensis
alijs, et aliter factis quam in petitione, cum petitio firma maneat, et
iterum cap. solida solvi non debeant;

Ego Gratianus q. Laurentij de Petris imperiali auctoritate notarius publicus
citerrensis civitatis Castelli dioecesis suprascriptum

quintus

2r

quinta Castrum exhibito Notarius curiae Capitanei extraxi, et
de verbo ad verbo fideliter copiavi nil addens vel minuens
quod sensum, vel intellectum variet ex mutet, singulos ...
Quorum fidem me subscripsi, et nomen cognomen signumque meum
apposui solitum, ...



Signum quo utor ego Nottarius dictus

c. 17 die 27 7bris ex.° ut in actis. n 133

Iesu[s] Mariae nomine amen

Infrascripta est copia cuiusdam Capituli apositi
in statutis terre Citerne in curia obseruandi
extracti, et copiati p(er) me not(ariu)m pub(licu)m infrascriptum
ex ipso Cam(era)li Comunitatis d(ic)te terre de uerbo
ad uerbum prout in eius proprio originali
tenoris in transumpto etc.

Statuto di Citerna 1617 #: 61

De salario arbitrorum Cap(itul)o 25

Statuimus et ordinamus q(uo)d arbitri, uel arbiter si eo-
fuerint possint, et debeant recipere pro eorum
salario sex denarios sibi p(er) quamlibet parte(m)
tres denarios pro quaslibet libra et ...
de Dni eo, quod dixerint, uel preceperint inter
partes, et arbitros et ... Comunis ... pe-
titione eorum ... requirere, utrique parti, qua-
inde compromiserunt, ut ... ...
talis statuto ualeat, et teneat et plenam
habeat efficaciam et dd. arbitri possint dare
licentiam requirend. dd. partes ... et hoc
locum habeant ad ... et futuro, et de Com-
promissis factis inter coniunctos usq. in quarto
gradum nullum debeatur salarium p(er) partes

Ego Franc(iscu)s q. Laurentii de Petris ...
not. pub. citernensis, et ... Cam(era)le ...

1v.



praesentem copiam [illegible] sumpsi, transumpsi
et fideliter copiavi nil addens vel minuens
ad requisitionem D. Io. Aliti de Manzoli de
Paterna hac die 29 Martii 1617. et in fidem
[illegible] me subscripsi, publicavi, et signavi

110.

2r

45

n134

12

De Gabella Contractuum Cap.° 1° Statutorum Terre Liverne

Inprimis statuimus et ordinamus quod omnes et singuli de Terra Liverne eius Civit.e et districtus, nec non et aliunde qui instrumentum emerint et vendiderint aliqua bona immobilia posita et existentia in dicta Terra vel Civit.e et districtu, solvant et solvere debeant, et teneantur pro gabella dicte venditionis et emptionis, Camerario dicti Communis vel habenti Jura, ex parte Communis dicte pred., tam emens quam vendens solidos duos pro qualibet libra ad rationem librarum quatuor pro centenario, pro qualibet parte medietatem, infra XX dies a die celebrati contractus, et si contrahentes pred.ti non assignaverint seu denuntiaverint infra X dies a die celebrati contractus instrumentandos, dicto Camerario vel habenti Jura, ipsius Gabelle, incidant in penam quam solvant denariorum XII pro qualibet denario pro quibus totiens et singulis semel, nec non in supradictis casibus semper Exigens teneatur cogi posse pro presente dictam Gabellam non solvente, Et etiam qui donaverit vel Alienaverit vel permutaverit quoquomodo, solvat et solvere teneatur dictam Gabellam et ad supradictam penam incidant contrahentes, si non denuntiaverint in termino supradicto; et teneatur Gabellarius scribere in libro suo quando partes assignare debeant, ponere diem, mensem, annum et duos testes cui libro detur Plena fides ——

1v

D.º Nekre Barshau

20